



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Pauli Laymanni e Societate Iesu Jus Canonicum
Commentario Perpetuo Explicatum**

Et Uberi Non Minus Ac Varia Qvam Clara Et Solida Doctrina Illustratum

Commentarius In Librum III. Decretalium

Laymann, Paul

Dilingae, 1698

Capitvlvm XII. Dilectus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62482](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-62482)

Ex tenore.

PARAPHRASIS.

Inter Clericum *I.* ex una parte, & Abbatem, atque conventum de Bello ex altera parte, controversia erat, super ipsius Clerici provisione; quam causam Clericus actor à Pontifice impetravit quibusdam committi. Coram his post litem contestatam dictus *I.* scripturam Abbatis & Conventus produxit, in qua continebatur, quòd primò vacaturam Ecclesiam, quæ ad ipsorum spectaret collationem, ipsi conferre vellent; sed Abbas, & Conventus excipiendo dixerunt, hanc promissionem repugnare Concilio Lateranensi, ejusmodi expectativas irritas decernenti. Hoc intellecto Innocentius III. pro Abbate, & Conventu pronuntiavit, ac mandavit, ut Abbas, & Conventus ab impetitione Clerici absolveretur, ipsique silentium super hac causa imponeretur.

SUMMARIUM.

1. *Casus, in quo propriam turpitudinem allegans audiendus est.*
2. *Referuntur complures similes casus.*

Notandum, Licet allegans propriam turpitudinem sive agendo, sive excipiendo audiendus non sit, sicuti habetur *in e. cum super 8. hoc tit.* ne quisquam ex propria iniquitate commodum ferat *L. ita de mium 36. in principio. ff. de rjs, qui arbitrium &c.* & tradit Bartolus *in L. jusjurandum. §. procurator n. 5. ff. de jurejurando.* Fallit tamen hæc regula, si etiam actor in turpitudine versetur, eamque alleget, vel fateatur, tunc exceptio allegantis turpitudinem recipitur *L. 2. c. de conditione ob turpem causam. & regula 65. in 6. in pari causa, vel delicto melior est conditio possidentis.* Et hic est casus hujus Capituli. Cum enim Clericus paciscendo de

Cc bene.

mortem machinari posset beneficiario alicui ipse succedere cuperet. Excipe, quòd Episcopus, vel similis Prælati generali suo Vicario committere possit facultatem conferendi beneficia indeterminatè, & in genere, non autem determinatione beneficii, sive loquamur de determinatione personæ, prout fultus explicavi *in c. 2. de officio Vicarij in 6. & disp. de jurisdictione ordinaria concl. 99.*

Notandum secundò, Rescriptum Principis, quòd gratiam specialem continet, non efficit jus commune, neque in consequentiam trahi debet, ut alijs in simili casu idem concessum censeretur.

CAPITVLVM XII.

Dilectus.

PARAPHRASIS.

Morto Episcopo cujusdam Ecclesiæ, cum Canonici electionem differrent, Archiepiscopus existimans eligendi potestatem ad se devolutam esse, in Episcopum elegit Canonicum Guilielmum; id cum Innocentio III. per eundem Canonicum suggestum esset, respondit Papa, quòd Canon Lateranensis Concilij ad Archiepiscopatum, vel Episcopatum se non extendat, sed tantum ad personatus, & alia beneficia minora, & idèò postulante justitià se eam electionem cassare.

SUMMARIUM.

In materia odiosa nomine dignitatum non venit Episcopatus.

Notandum, In materia odiosa nomine dignitatum non comprehenditur Episcopatus, cum non sit simplex dignitas, sed culmen dignitatum *e. penult. de prabendis,* & idèò speciali expressione indigeat, prout etiam annotavi *in lib. 4. tra. 2.*

6. 4. n. 4.